



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Schefferi Argentoratensis De Re Vehiculari Veterum Libri Duo

Scheffer, Johannes

Francofurti, 1671

Cap. III. De Materia Vehiculorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13156

Rapidum Danacius augur
Ascheton increpitans, meritumque vocabula Cygnum
Audit & Herculeum Strymon Chromin. Euneon audit
Igneus Aethion. Tardum Calydonalaceffit
Hippodamus, variumque Thoas rogat ire Podarcem.
 Præcipuos maximèqve nobiles cujusqve eqvos nominatim lau-
 dat, cæteros omittit, ut cuius manifestum est.

Cap. III.

De Materia Vehiculorum.

Vehicula fiunt vel ex crassis stipitibus, vel ex viminibus. Varro emen-
datur. Ἀρμαλα πλεῖστα, ἐν πλεῖστα. Vel ex tabellis. Currus ferrei. Clau-
dianus & auctor Iudicium in S. Bibliis explicantur. Interpres vetus
Bibliorum examinatur. Currus ærei. Pindari Scholiastes & Loni-
cerus refutantur. Πόσις. Hesychius corrigitur. Pindarus explica-
tur. Ῥεδιον ὀλόχαλκον. Cassianus exponitur. Bigæ & quadrigæ inter
ornamenta ædium. Vehicula eburnea, & aurea. Demsterus & inter-
pres Philostrati notati. Ammianus exponitur. Aureus currus
Constantini. Martialis explicatur contra Pignorium. Aureus cur-
rus Solis. Horatius exponitur. Ἐκάλιν pro multis. Arbores ad vehi-
cula idonea, fraxinus, abies, smilax. Claudianus explicatur contra
Barthium. Axis, rota, orbis, radii, juga quibus ex lignis fiant optima.
Ferrum ad vehicula.

Materia vehiculorum eadem pæne fuit omnium apud vete-
 res: pleraqve namqve fieri ex lignis consueverunt. Ligna
 porrò vel ex caudicibus & fustibus crassioribus inter sese junctis,
 sicut videmus hodieqve in plaustris agrestibus, vel ex cratibus vi-
 mineis, vel ex tabulis integris fuere, quæ consuetudo hodieqve ser-
 vatur. De plaustris profectò testari Silius videtur, quando ait li-
 bro XIII. vers. 441.

Lubrica roboreis aderant substramina plaustris.

Sunt enim plaustra roborea, velut de integris roboribus contexta.

Sed & Varro, quando plaustrum cenſet ita dictum, quod ex omni parte palam ſint, quæ in eo vehuntur, abundè oftendit, hanc fuiſſe rationem lignorum in iſto genere. Nam in altero genere, quod ex meris tabulis componitur, conſpici, quæ vehuntur, nequeunt. De eo etiam, quod fit cratibus contextis, ex Varrone colligimus, quando vehiculum ait dictum, quod ex viminibus vieatur. Nec enim aliter ex viminibus intelligitur, quam ut dixi. Verum locus Varronis corruptus eſt. Scaliger ſic edidit: *Vehiculum, in quo faba, aliudve quid vehitur, quo ex viminibus uteretur, & quod eo vehitur.* Nemo mihi dixerit, opinor, quo pertineant, vel quid velint verba, quo ex viminibus uteretur. Pariſienſis vetus Anni MDXXXIX. ita habet: *Vehiculum, in quo faba aliudve quid vehitur, quod eſt ex viminibus, & quod eo vehitur, vehiculum dictum eſt.* Vix eſt dubium, collata lectione utraqve, quin legendum ſit: *Vehiculum, in quo faba aliudve quid vehitur, quod ex viminibus vieretur, & quod eo vehitur.* Duplicem namque Varro prodeſe vult vehiculi denominationem, vel quod eo vehatur, vel quod vieatur viminibus. Unde liquet ſimul, fuiſſe ſaltem aliqua vehicula ex viminibus contexta, quæ ob hoc ipſum primò appellata vehicula Varro putabat. Ex eadem cauſſa Hefiodus vehicula vocavit *πλελιά*, ut opinor, in Scuto Herculis hoc verſu: — — *κόνις*

Κοπλομένη πλελιόσιν ὑφ' ἄρμασι.

Reddunt vulgo: *Pulvis excitatus compactis à curribus.* Mallem ego: *Plexis à curribus*, hoc enim propriè Græcum verbum ſonat. Non ita multò poſt *εὐπλέκεια* pro eo poſuit in iſtis:

-- -- *Εὐπλέκων δ' ἐπὶ δίφρων*


Ἥνιοχοι βεβαῶτες ἐφίεσαν ἰσθέας ἵππους.

Quæ verba ita reddunt: *Bene junctis autem curribus aurige ſtantes immittebant veloces equos.* Simili modo faciunt apud Homerum II. 4. ubi verbum hoc occurrit. Verſus ita habet:

Δίφρος τ' ἀντρέψειαν εὐπλέκεις. --

Vertunt: *Currusque everterent bene connexos.* Stephanus hoc verbum denotare ait *currus eleganter è lignis contextos ac compactos.* Fruſtra: nam *εὐπλέκεις* non contexti quoquo modo, verumplexi è vimi-

viminibus. Eustathius ad hunc locum: Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι εὖ πλεκτὸν δίσφρον φησὶν, ἐπὶ εἰχέ τι πλεγμάτων. ὡς δὲ δὴ λωλαῖ ὅσας ὁ ποιητὴς ἐφη ἐρνεὸν νέας ὀρπηκας· καὶ προῖων δὲ, δίσφρος εὖ πλεκέας ἐρεῖ, ὡς μὴ γομφώεις ὄντας καὶ κολλητὰς ὅ ἐστιν ἡγεμοσμένους ἐξ ὕλης βαρυτέρας, ἀλλὰ καὶ ἐκ τινων πλεγμάτων εὐθετισμένους δι' ἐλαφρότητα. *Sciendum, quod vehiculum appellet εὖ πλεκτὸν seu bene plexum, quia plexum aliquid habet, sicut apparet ibi, ubi Poëta loquitur de caprifici virgis in eo. Quo respiciens vehicula vocat beneplexa, quod non clavis compacta essent, vel conglutinata ex graviori materia, sed ex cratibus plexis conferta levitatis gratia.* Locus memorabilis, & qui clarissimè docet, vehicula ipsa fuisse contexta è cratibus vimineis. Nam alii aliter existimant, ut ex sequentibus liquabit. Tertium genus ex tabulis integris compositum intelligimus, & ipsum ex Varrone. Ait namque de arcera, *quod ex tabulis vehiculum fuerit factum, ut arca.* Tabulæ non aliæ, quam quales diximus, ut cuilibet ex ipsis loci ejus verbis potest apparere. Nam opponit inter sese plaustrum apertum undique, & hujusmodi vehiculum, quod proinde clausum esse debuit. Clausum porrò tabulis intelligi aliter non potest. Atque habes planè illud in columna Trajani non uno loco expressum, unde ecce tibi hic delineatum.



Non multum est dissimile, quod ex tabula marmorea in descriptione ædium Barbarinarum exhibet Tertius, & alibi à nobis proponetur. Intellexit quoque hoc Eustathius in verbis antea productis, atque γομφωτὸν καὶ κολλητὸν ἐξ ὕλης βαρυτέρας appellavit. Et hæc quidem communissima materia vehiculorum. Legimus tamen apud

C 3

Clau-

Claudianum *currum ferreum* in quarto Consulatu Ηονομῆι, vers. 16. ubi arma describuntur Martis. Ita enim habet:

*Nec te lauriger as pudeat Gradi ve secures
Pacata gestare manu, Latiæque micantem
Loricam mutare toga, dum ferreus heret
Currus, & Eridani ludunt per prata jugales.*

Verum *currus* ille à Poëtis fictus, Martique ad terrorem quendam tributus videtur. Ex ferro sanè integros usurpasse non opinor. Equidem auctor quoque vetus libri Judicum in S. Bibliis, cap. 4. de Sissara, ut vertit Castalio: *Is enim nongentos habens currus ferreos, Israëlitas viginti annorum tyrannide opprimebat.* Neque aliter Græci: Ἐνανόσια ἄρματα σιδηρᾶ ἢν ἀπὸ. Quod retinuerunt quoque Syrus, Arabs, atque alii Interpretes. Chaldæus ita habet: *Nam nongenti currus ferri illi, quod perinde est. Similiter apud eundem Scriptorem primo capite de habitatoribus vallis circa Afcalonem: καὶ ἄρματα σιδηρᾶ αὐτοῖς. Quod Castalio reddit: Nam vallis quidem incolæ, quod ferreis utebantur curribus, exturbare nequi verunt.* Conveniunt Chaldæus, Syrus, Arabs, cæterique. Verum ferreos illos *currus* ego non accipio, quod ex ferro mero essent fabrefacti, sed quod armati instructique ferro. Quo respexisse Junius & Tremellius videntur, quando verbum Hebraicum maluerunt vertere per non *ferreos*, sed *ferratos*. Ita enim habent in posteriori quidem loco: *Sed perrexit expellere habitatores ipsius con vallis, eo quod currus ferrati essent illis.* In priori verò: *Nongenti enim currus ferrati erant ei.* Interpres vetus loco utroque *currus falcatos* posuit, quod ignoro, an se bene habeat, licet altero retineat & Osiander, cum in altero pro eo *ferreos* substituat. Certè falcatos *currus* fuisse tam antiquos mihi haud est verisimile, de quo tamen loco alio videbo. Invenio & *currus æreos*. Pindarus profectò intuitu eorum in Pyth. Od. IV.

Οὔτι περ ἔστ' Ἀπόλ-

λων, εἰδὲ μὲν χαλκᾶρματ' ἐσι πόσις

Ἀφροδίτας. -- -- --

Reddunt ista verba sic: *Neutiquam hic Apollo, neque verò maritus Veneris, qui aureo curru vehitur.* Ita habet Stephani editio, Anno

MDLXVI.

MDLXVI. publicata. Sed pro *curru aureo*, curru *æreo* legendum, ita enim Græca volunt. Atque ad hunc modum edidit & Lonicerus. Neque satis aptum illud *Veneris maritus*, licet Lonicerus quoque servet. Sanè, quod agnoscit ipse etiam, sermo hic de Marte, subdit etenim in Scholiis: *Æreo curru*: χρυσάεματ & *Martis epitheton*, quod *curribus gaudeat*, quibus in bellis utebantur veteres. Sic in *Figurina 1560.* legas, cū ex ipso *Pindaro χαλκάρματ* & scribendū sit. Cæterum maritum *Veneris* nemo dixit *Martem*, sed *Vulcanum*. Neque *πόσις*, quod est apud *Pindarum*, tam maritum denotat, quam virum. *Hesychius*. πόσις, τὸς ἀνδρας. Item: πόσι &, ἀνδρὸς. Πόσις, πόμα, ἀνὴρ, πότ & ἢ οἶνε, ἢ ὕδατ &. Sic distingvenda verba ultima, quæ ita habent in editione mea: Ἀνὴρ πότ & ἢ οἶνε, quod est nihili. Vult enim *Hesychius* duplicem significationem vocis demonstrare, unam, quæ significat virum, alteram, quæ potum sive vini, sive aquæ. Cum primis verò *πόσις*, ille, qui cum aliqua rem habuit. Quod bene observavit *Eustathius* ad *Iliad. Ω.* Ελένη ἐκ ἀνδρα τὸν Πάριον ἔφη, ἀλλὰ πόσιν. Ζητιπτόον, εἰ τις ἐστὶ διαφορὰ πόσι & καὶ ἀνδρὸς· καθὰ Σοφοκλῆς ἐν *Τραχινίαις* ἐμφαίνει, ὅτι ἢ *Διανειρα* δέδοικε μήποτε ὁ αὐτὴν ἔχων *Ἡρακλῆς*, τῇ μὲν αἰχμαλώτῳ Ἰόλη, εἴη αἰνὴρ, αὐτῇ δὲ πόσις. *Helena non ἀνδρα Paridem appellat, verum πόσιν. Videndum igitur, si quæ sit inter hos differentia. Liqueat autem ex Trachiniis Sophoclis, ubi Deianira metuit, ne quando, qui habebat eam, Hercules captivæ quidem Ioles fiat ἀνὴρ, ipsius verò πόσις. Videlicet πόσις ita dictus est sententia magistrorum πῶτ & πῶτ & ὕδατ & φύσιν, ἐπὶ ὁ ἀνὴρ μίγνυμεν & τῇ γυναικί, αἴτι & γίνεται τῆς τῶν παίδων γενέσεως. Id est: Propter aquæ naturam, quando quidem vir mulieri se miscens causa evadit liberorum procreationis. Quicumque igitur mulieri se jungit, licet nullo matrimonio legitimo, is illius πόσις. Atque ita rectè Mars est πόσις Veneris, propter adulterium cum ipsa, de quò fusè *Ovidius*, ut de cæteris *Poëtis* taceam. Tribuitur autem Marti æreum à *Pindaro* vehiculum, non quod currus ærei in usu fuerint, sed quod alias ad arma plurimus olim æris usus, antequam inventum esset ferrum, ut *Hesiodus* est auctor. Neque aliter hic dictum æreum vehiculum, quam ante ferreum apud *Claudianum*. Quomodo intelligendum quoque censeo, quod describit *Cassianus* de *Reg. Cænob. Ægypt.**

Ægypt. Τριβῆνοι τινες δὲ ὄμα^ν πολλὰ κόμωσι ὡσεὶ κλυθεῖσαν, ῥεδῖον ἔχοντες ὀλόχαλκον. Hic ῥεδῖον ὀλόχαλκον existimo vocari, quod ære undiq; munitum ornatumq; fuit. Certè de vehiculo ornato loqui manifestum, quia subdit, καὶ χρυσοχαλίνες ἵπποις, quod ad equos pretiosissimè ornatos referri, notissimum. Equidem & de Romulo Plutarchus: Ἐν ᾧ τοῖς ἄλλοις λαφύροις καὶ χαλκῶν ἐκόμισε τέτριππον ἐκ Καμαρίας. Quod Xylander vertit: *Inter ceteram prædam ex Camerio æneum attulit currum.* Sed hic currus fuit, ut opinor, non vehiculum ad usus vectationis fabricatum, verum ornamentum aliquod, ad effigiem veri vehiculi formatum ex ære. Neq; *currus*, verum τέτριππον, id est, *quadrigæ*, quod vocabulum non tam currum denotat, quam junctos ei equos quatuor; qui profectò non intelliguntur ænei, nisi eo, quo prædixi, modo. Itaq; jungit Plutarchus, dedicata quadrigas illas Romulum in templo Vulcani, credo, quod censeret arte singulari, fusoria præsertim factas, cujus præses quidam atq; conditor Vulcanus habebatur. Solebant certè quadrigas istiusmodi bigasq;ve, nec ex ære modò, sed & aliis materiis collocare in Deorum templis, decorare illis ædium fastigia columnis deniq; ac arcibus imponere, ut loco alio monstrabitur. Non magis istuc pertinent Homeri ἀρμάλια ποικίλα χαλκῶ, *currus ære variegati*, quia tantum propter ornamenta quædam ita dicebantur, quæ trademus in sequentibus. Atq; sic intelligenda & eburnea vehicula scriptorum, ut illa triumphantium, de quibus Ovidius, lib. III. de Ponto, el. 4.

Illam ducis facies in curru stantis eburno.

Et Tibullus, lib. I. el. 7.

Portabit niveis currus eburnus equis.

Nam revera hæc ex ebore non fuere. Habuerunt quidem integra etiam ex eo, sed fuerunt illa sive ludicra, ut quadrigæ Neronis, de quibus Svetonius in vita ejus, cap. 22. sive cultui ornatuiq; servientia, vel alias ostentandæ arti, ut quadrigæ Myrmecidis, de quibus Plinius, lib. VII. cap. 21. Aureos quoq; currus aliter vix intelligo. Eutropius profectò de Paulo Æmilio, lib. IV. *Triumphavit magnificentissimè in curru aureo.* Quod Demsterus accipit de curru, solido ex auro, taliaq; inde tribuit triumphantibus. At in illo Pauli triumpho

pho

pho alii vetustiores magisq; fidi non currum aureum, sed simpliciter currum memorant. Livius, lib. XLV. c. 40. *Ipsē postremò Paulus in curru magnam majestatem prae se ferens.* Plutarchus in ipsius vita: *Εἰς αὐτὸς ἐπέβηκεν ἀγάλῃ κενσομένην διαπεπρωτὸς ἐπιβηκῆς.* *Inde ipse curru magnificè ornato urbem in vectus est.* Non dicit, *curru aureo*, non praetermissurus pro cætera diligentia sua, si talis fuisset, sed solummodo, *magnificè ornato*. Non itaq; is currus aliter fuit aureus, quam ut vulgo triumphantium esse consueverant. Neq;e aliter accipiendum, quod habet Philostratus in vita Dionis: *Τραϊανὸς ἀύλακτάτω ἀναθέμεν.* *αὐτὸν δὲ τῆς Ρώμης εἰς πλὴν χρυσοῦν ἀμάξαν, ἐφ' ἧσοι βασιλεῖς τὰς ἐν τῶν πολεμίων πομπὰς πομπέουσι.* *Trajanus Imperator eum Roma secum imposito aureo carpento, in quo sedentes Augusti triumphare solent.* Ita locum istum vertit vir eruditissimus ad Ammianum. Verum nec carpentum erat id vehiculum, nec in eo sedebant, ut liquet ex sequentibus. Itaq; hæc rectius Morellus, vel, quem secutus est, vetustior Interpretres: *Trajanus Imperator Roma illum in currum aureum assumens, quo in vecti Imperatores de confectis bellis triumphant.* Sed hoc obiter. De aureo Trajani curru constat abundè cum ex ipsa ejus Imperatoris modestia, tum quod dicitur aperte, fuisse, qualem vulgo triumphantes habere solent. At verò aureos non habuerè, ut in loco alio monstrabitur. Tamen Ammianus quoq; lib. XVI. de Constantino: *Insidebat aureo solus ipse carpento, fulgenti claritudine lapidum variorum, quo micante lux quaedam misceri videbatur alterna.* Tribuit profectò hic Constantino aureum vehiculum, non quidem triumphale, quod haud satis cautè tradunt viri longè doctissimi, verum alias Imperatorium & ad pompam ac magnificentiam paratum. At tamen aureum fuisse totum non existimo, sed auratum. Qvalia & Heliogabali, Principis non magis, quam Constantinus, parci aut splendorem negligentis, de quibus Lampridius capite 29. *Habuit gemmata vehicula & aurata.* Neq; debet aliter intelligi vehiculum Quinti, de quo Martialis lib. V. quamquam totum aureum voluerit Pignorius de Servis:

Aurea quod fundi precio carruca paratur.

Fuit enim Quintus ille, quisquis deniq;e, privatus certè, qui non potuit

D

potuit

potuit esse usus aureo vehiculo: neq; ulla illo tempore vehicula ex mero solidoq; auro habuere. Nam quod legimus de curru Castoris apud Pindarum Ode V. Pyth. ad id genus pertinet, quale supra, cum de Martis curru loquebamur, memoravimus. Verba Pindari sunt istiusmodi, ad Arcefilaum loquens de divitiis:

Σὺ τοίνυν κλυτὰς
Αἰῶν ὄντα βαθυμίδων
Ἄπο, σὺν εὐδοξίᾳ
Μελανίσσεια, ἑκαλίχρυ-
σαρμάτε Καστορῷ.

Lonicerus ita vertit: *Tu verò à summis celebris vitæ tuæ gradibus bono cum nomine divitias accedis, Castoris aureo curru invec̄ti gratia.* Hic currus aureus tribuitur Castori libidine Poëtæ. Qualem Apollonius assignavit etiam Dianæ, lib. III. Argon. v. 877.

Χρυσείῳς Ἀηλῶϊς ἐφ' ἄρμασιν ἐσηΐα.

Aureo in curru stans Diana. Et Euripides in Phœnissis Soli:

Ὡ πῶ ἐν ἄστροις ἔραν ἔτέμον ὁδὸν
καὶ χρυσοκομήτοισιν ἐμβεβῶς δίφροισι
Ἥλιε, θεαίς ἰσποισιν ἐλίωσων φλόγα.

O Sol, qui vix in astris cæli frangis, qui que sedens in curru aureo ceterius equis flammam volvis. Quemadmodum & Boëtius lib. II. de Consolat. Philos. Metro VIII.

-- Phæbus roseum diem
Curru provehit aureo.

Atq; hinc fortassis currus Solis *nitidus* Horatio in Carmine Seculari, de quo alias videbimus. Manet ergo, quod initio dicebam, vehiculorum materiam ligna esse, saltem eorum, quæ ad usum pertinent humanos, & vel itineribus faciendis, vel oneribus gestandis, negociisq; similibus aliis inserviunt. Cæterum ea ligna erant multiplicia. Quo respectu Hesiodus lib. II. Oper. & Dier.

Νῆπι ὄντα, ἑδ' ἐτόγ' οἶδ', ἑκαλὸν δέ τε δέραθ' ἀμάξης.

Stultus, qui nescit, centum lignis opus esse ad vehiculum. Dicit centum lignis, pro plurimis. Sic enim Tzetzes exponit: ἑκαλὸν, πολλά· ἕ γδ ἑκαλὸν εἰσι ταῦτα. *Centum, multa, neque enim centum sunt.* Et paulò post:

Ἄφρονα

Ἄφρονά λέγει τὸν, ὡς ἐκ εἰδότες ὅτι πολλὰ τὰ τῆς ἀμάξης εἰσὶ ξύλα. *Stultum talem vocat, ut qui nesciat, quod vehiculi plurima sint ligna.* Idem Poëta nominatim ea memorat ferè singulis in partibus, docetq; non obvia, nec quovis tempore, sed certa selectaque capi ad ea consueviffe. Verba ita habent ante dicto loco:

Ἦμ' ὁ δὴ λήγῃ μὲν ὄξει ἠελίοιο
 Καύματος ἰθαλίμου, &c.
 Τῆμος ἄρ' ὑλοδομεῖν μεμημένος ὄριον ἔργον, &c.
 Ἄξονα δ' ἐπὶ τὰ πόδην μάλα γδ' ὑ τοι ἄρμενον ἔτω
 Τρισπίδαμον δ' ἄψιν τὰ μὲν δεκαδώρα ἀμάξης
 Πόλ' ἐπὶ καμπύλα κάλα. -- -- --

Quum itaque jam desinit robur acuti Solis à calore humido, &c. tunc sane ligna signare tempestivum esse opus memento, &c. Axem septempedalem, valde namque conveniens sic currui. Trium spiritamarum curvaturam rota decempalmarum. Multa præterea curva ligna. Vides primò aridam, deinde certæ longitudinis, tum curvam postulasse materiam. Sed & certæ arbores huc pertinebant. Apud Plinium ante alias ad currus commendatur fraxinus. Verba sunt in lib. XVI. c. 43. Obedientissima quocunque in opere fraxinus. Gallica verò etiam ad currus flexibilis. Item abies, de qua sic ait lib. XVI. cap. 42. Eadem & curribus aptissima. Theophrastus laudat ilicem & similacem lib. III. Hist. Plant. cap. 16. Verba ejus hæc sunt ex interpretatione Gazæ: Vbi ilex non provenit, hac (similace) ad plaustra similiaque utuntur opera, ut Lacedæmonii & Elii. Idem ulmum ad hanc rem commendat, lib. V. cap. 8. Vtilis ulmus ad fores, præla & torcularia, quin & ad carpentarium opus. Sunt ex his ipsis arboribus aliæ ad alias vehiculorum partes magis aptæ, veterum opinione. Axes sanè rotarum laudat Plinius è fraxino, vel ilice, lib. XLIV. cap. 43. Secatur in laminas prætenues & ilex, colore quoque non ingrata, sed maximè fidatius, quæ terantur, ut rotarum axibus, ad quos lentore fraxinus utilis, sicut duritia ilex. Videtur respexisse huc & Claudianus, quando ait lib. I. in Rufinum, vers. 276.

*Vivitur ex igno melius. Natura beatis
 Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.*

D 2

Hæc

Hæc si nota forent, frueremur simplice cultu.

Classica non fremerent, non stridula fraxinus iret,

Non ventus quateret puppes, non machinamuros.

Barthius per fraxinum intelligit hastarum omne genus. Ego, cur de hastis hic loquatur Claudianus, vix intelligo, cum præsertim minus commodè hic dicantur ire. Itaq; de curribus aut vehiculis potius censeo interpretandum, quibus res ad luxum pertinentes adducuntur terra, sicut mari navibus. Et bene dixit *stridula fraxinus*, sicut Ovidius *stridula plaustra*, III. Trist. el. 12.

Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.

Cæterum de ilice ad axes utili habet quoque Theophrastus lib. V. Hist. Plant. cap. 8. *Ilici*, ait, *homo ad axes plaustrorum verticis simplicis*. Idem in hoc usus laudat buxum, eodem capite. *Buxus utilis ad axem plaustris*. Fagum quoque celebrat ad axes, eam maxime, quam vocat *fallicorticem*, lib. III. c. 10. *Sallicorticis materies ad axes similiaque tantum commoda est*. Hinc Virgilius lib. III. Georg.

Post valido nitens sub pondere faginus axis.

Apud Plinium laudatur & ulmus. Nam post verba superius de fraxino & ilice allata subdit: *Et utroque legitur ulmus*, ubi utroque legitur *ex utroque*, sive ob utrumque, lentorem nempe ac duritiem, de quo utroque antecessit. Jam ad rotarum orbis Homerus commendat platanum II. Æ. circa finem. Ad radios Plinius cornum. Verba extant lib. XVI. cap. 40. *Ab his proxima est cornus, quanquam non potest videri materies propter exilitatem, sed lignum non alio pene, quam ad radios rotarum, utile*. Juga laudantur è carpino. Vitruvius lib. II. cap. 9. *Carpinus non est fragilis, sed habet utilissimam tractabilitatem. Itaque Græci, quod ex ea materia juga jumentis comparant, quod apud eos juga ζογὰ vocitantur, item & eam ζογία appellat*. Theophrastus isto fine acerem commendat, lib. V. cap. 8. *Acer & carpinus lectis jumentorumque jugis ceditur*. Nempe carpinus est certa quædam aceris species, Plinio auctore lib. XVI. cap. 15. *Tertium genus aceris zygiam vocant, rubentem, fissili ligno, cortice livido & scabro. Hoc alii generis proprii esse malunt, & Latine carpinum appellant*. Virgilius ad hoc usus vocat *tiliam*, Georg. I. vers. 173.

Ceditur

Ceditur & tilia ante jugo levis. — —

Sicut autem ista omnia communiter fuere lignea, sic hæc ipsa ligna ferro passim munita, ne sub pondere, vel in viis à lapidibus saxisve facile attererentur. Respexit huc Cato, & ex eo Stolo apud Varronem lib. I. de Re Rustica, cap. 22. *Stolo inquit, proposita magnitudine fundi, de eo genere Cato scribit; Oli veti jugera CCXL. qui coleret, eum instruere ita oportere, ut faceret ex ære athena, urceos, nassiter nam, item alia. Sic è ligno & ferro, ut plostra majora tria, &c.* Ad plaustra & id genus non requirit lignum modò, sed & ferrum, eo fine, quo prædixi, ut constabit ex sequentibus. Addebatur aliquando & corium maximè, si è viminibus aut tabellis aliis tenuibus craticulatum essent composita vehicula contextaque. Docet Pollux, quando ait lib. I. cap. 10. Τὸ δὲ ὑπεράνω τῆς τῶν περιφραγμάτων, ὅσιν ἴσθι εἰώθει διαλαμβάνεσθαι, τὰ ῥῥιον. Vertit Gualtherus: *Quodque super tonum circumseptum, quod & tarrium dictum, corio tegi solebat. Verùm ego malle: Quod verò supra tonum in ambitum est septum, & corio induci consuevit, tarrion appellatur.* De tarrion in sequentibus agemus, & id ostendemus fuisse, quod parietes vehiculi constituebat. Id hic annotamus, corio muniri consuevisse, planè illo modo, qui & hodie in vehiculis plerisque usitatus est. Atque ista quidem de materia vehiculorum.

Cap. IV.

De Vehiculorum Partibus & Temone;

Temo pro vehiculo integro. Unde dicatur. Vossius rejectus. Τυμός. Glossæ explicantur atque corriguntur. Plectrum. Phadri lectio defensa. Ἐνδρουν. Versio Hesiodi notata. Ἴσολοίς. Σταθόνιον. Meursius notatus. Ἀκίρπις. Στήριγμα quid fuerit. Hesychius expenditur. Στήμιον. Σταθμίον, furca quid. De Plutarchi loco conjectura. Τήριξ. Lipsii emendatio repudiata. Διργός. Hesychius & Phavorinus explicantur, cum Plutarcho. Ἀργόρριον. Gualtherus notatur. Summus temo. Τετραγυμ. Οκτάγυμ. Ἀμπρον.

Veniamus ad vehiculorum partes. Prima & præcipua est temo. Quod enim in navi gubernaculum, id ipse in vehiculo. Unde sæpe temo Poëtis, quod gubernaculum est aliis, sicut dixi-

D 3, muss